Nob: Claris. D: et Doctiss: Dne

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Haec mea vota Patriae Patri, Suae Celsitudini concinnata vides, continere namque se nequint scripturiens chalamus ebullienti stilo phantaseatus, genius autem futuri certo non conscius, instar Haruspicis magice vaticinantis, sed praescius Logice ratiocinantibus argumentis, certitudinem rerum Politicarum, praesertim autem Martialium ex post facto probandam adstruit, et dicentis, cum de futuris contingentibus nulla determinata veritas, ulli unquam Philosopho visa sit infallibiliter posse praedici; Praeludia itaque mea haec sola sunt apparentis sequelae, non ita necessariae, quin in humanis Divinâ Potentiâ rebus quandoque ludente, successus diverti queat, atque Politica ratio ad Theologicam amussim revocari; Mihi autem sufficerit ex non inopinato meo, et magis circumspectorum fato, Suae Celsitudini accidat, eiusdemque ope Patriae Saluti praesenti Vere (quam in herbâ fertilem vere eminus prospicio) uberrima messis, cujus segete communia horrea diffluant, aeraria abundent, et vicinae gentes egentes libertate donentur, Pacem esurientes Martiali termino saturentur. Nulla Salus Bello pacem te poscimus omnes, suspirant, gemiscunt, instant, increpant, et cum Saterico Pitcano illo, illam circumloquendo resoluunt, qui mantice quod in tergo vident. Illam, ipsam illam ab occupatâ Sylvâ, Traiecto aliâs reddito, debellatâ Bredâ, expugnato t'Sas Flandriae salutifero Propugnaculo, in praeclare gestorum Suae Celsitudinis encomia successive divagando, rationibus undique adductis, causâ in propriâ caecae adversae parti acclamare permodi, meliora autem consilia renuenti, ac proin succumbenti non condolere, verum deinde prae ceteris exoptare, ut rebus ex Suae Celsitudinis voto, meoque praesagio succedentibus ad Pitcani Saterem recurrere, et vel iniquissimam, iustissimo (quale suum volunt) anteferre cogantur, unde mihi nascatur occasio tanto magis abundans, ab auguriis dicentis comprobatis, Poetam agere, historicum, seu Oratorem, atque qualiacumque mea

Hug. 37.

servitia Nobti tuæ ad laudem artē egregiam litteratæ, et de Celsitudine suā multis officiis non parum meritæ, merito offeram. Interim ut verbo absoluam, Castra petenti tuæ Nobti faustaomnia precor, militiā reddenti, præsertim, si, quod faxit Deus, ex sententiā prædicta cedant postliminio affectu superstes pari tibi gratulabor:

Nob: Claris: et Doctis: Dne:

Nobtis Vræ Perpetuus
servus, et Cliens.
Guil: Cater

Hagæ hac 19 Mai 1645

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Cater) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3952

Nob: Doctiss: et Clariss:
Viro ac D^no:
Domino Constantino Huygens
Dno de Zuilichem
Suæ Celsitudini Serenissimo
Auraconensium Principi etc.
a consiliis fidelissimo, et
Secretis.

Hagæ.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Cater) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3952